



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

vii. De eo qui duxit in matrimonium qua[m] polluit per adulterium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De eo qui du. in ma. quã pol. per ad-
nistrare permittitor . certè in minoribus mini-
strato.

*De eo qui duxit in matrimonium
quam polluit per adulte-
rium. Tit. 7.*

3. *Super hoc.* Si quis vxore viuente cum aliqua adulterabi-
tur: cū adultera, si in mortem vxoris machi-
nata fiet, siue olli de ea ducunda fidem duerit,
siue non, ne contrahito.
6. *Signifi- casti . 7. Veniens.* Sin neuter machinatus fiet: is cum eadem,
quam sine fidei datione vxore viuente cogno-
uerit, rectè contrahito.
8. *Si quis.* Sed et si eidem vxore viuente fidem duerit, vel
cum eadem contraxerit, non tamen cognouerit:
matrimonium post mortem vxoris cum ea con-
tractum teneto.
2. *Signifi- cauit.* Vice versa, si quis vxore prima viuente, quan-
uis non cognita, scienter cum secunda contra-
het, eamque cognoscet: mortua prima secundam
ne habeto. Si tamen prima reapse vxor non fuit:
secus esto.
1. *Proposi- tum est.* At qui superstitite vxore cum secunda ignoran-
te sciens prudens contrahet, prima mortua à se-
cunda, si is petet, ne separator. illa, si petet,
separator.
4. *Ex li- terarum.* In summa: qui viuente vxore etiam separata se-
cundam ducet vxorem, prima quoque mortua
à secunda separator. At vbi de adulterio poenit-
tuesit, cum alia contrahere valet.
5. *Cum ha beret.* Quod si viuente legitima vxore, nec separata,
cum secunda contrahet, mortuãque vxore dicit,

vt per decēnium, maximo etiam scandalo moratus cum secunda fiet, totidēque fortē liberos procreasit: ab ea separator. vterque pœniteto. vterque perpetuò contineto. vterque tamen liberis suis pro modo facultatum necessaria subministrato.

De Coniugio Leprosorum. Tit. 8.

Leprosus si continere non volt, & aliquam ^{2 Quoniā} nactus est quæ sibi nubere parata fiet: cōtrahito. Quod si cœpto iam matrimonio coniugum alteri lepra continget, & is debitum exiget: sanus olli debitum reddito. Lepra, aliāve grauis infirmitas coniuges ne separato. Sola fornicationis causa hoc facito.

Itaque si coniugum alter lepram incurret: vir ^{1. Perue-} vxorem, vxor virum sequitor. inuicem adfectu ^{nit.} coniugali ministrato. Sin ad hoc induci haud potesint: vtrique perpetuò contineto. Ni faxint: excommunicantor.

Lepra verò post sponsalia de futuro adueniente alter matrimonium consummare ne cogitor. ^{3. Literas.}

*De Coniugio Seruorum, &
natis ex Libero ventre.
Tit. 9. & 10.*

INTER seruos matrimonia ne prohibentor. ^{1. Dignū} si contradicentibus heris contracta sient: eius ^{est.} ergo ne dissoluuntor. Serui tamen ollis debita seruitia non minùs exhibento.

Liber autem si cum ancilla contraxit ignorans, ^{4. Ad} nostram.